Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36450
Copyright: Melk, Benediktinerstift

cerusie. Ille: uade inquit et de-
fer hoc. Concito ille gradu per-
rexit. duosque panes et parum cer-
uisie detulit. Intuens in celum
columba ait. Christe ihesu unica spes
orbis. tu hos panes et hunc po-
tum multiplica. qui de quinque
panibus quinque milia satiasti in
heremo. Mira fides. satiati sunt
omnes potuque haustoque pro ut uolun-
tas cuique fuit. Dupla minister
fragmentum spolia recolegit. po-
tusque duplicata mensura. Sicque
intellexit plus meri fide digna
diuini muneris luce. quam despe-
ratione. que solet diminuere eti-
am collata. Cum quodam tempore
in eodem cenobio luxouio uir
dei commoraretur. accidit ut unus
de fratribus nomine et ipse columbanus
febre correptus atque in extremis
positus felicem postularet exitum.
Cumque iam ultimo alitu carere
uellet. fidus de celesti munere quod
longo famulatu quesierat.
uidit ad se uirum fulua luce ac-
cedere. sibique dicere. Non te modo a
corpore ducere possum. quia orationibus et
lacrimis patris tui columbani impe-
dior. Cumque hec columbanus audis-
set estuans. ac si e somno eui-
gilasset discipulum theudegisilum
tum supius fecimus mentionem clamare
cepit. Festina inquit perge. et patrem
communem columbanum ad me uenire
compelle. Concitu ille gradu uenit.
ac beatum columbanum in ecclesia po-
situm flentem repperit. postulat ut
ad egrotum festinus accedat. Ve-
nit ergo protinus. et quid uellet

interrogauit. At ille causam obie-
cit. Cur me inquit tuis orationibus
in hac erumpnosa uita detines.
Nam adsunt qui me ducere uoluntque
nisi tuis fletibus et precibus nunc
impediantur. Retenta comitis solue
obstacula. ut michi iam pateant
celestia regna. Tunc metu columba
paulisper. signo tacito omnes adesse
imperauit. sancti sodalis amissionem
gaudio temperauit. corpus christi
abeunti de hac uita. uiaticum
prebet. et post extrema oscula
functionis cantus impleuit. Erat
enim ex eodem genere quo et beatus
columba. unoque comitatu et nomine
ex hibernia processerant. Cui sic bestie
ac uolucres ut uiri dei parebant
imperio. Nam chagnoaldus lugdunen-
clauati pontifex. qui eius minister
et discipulus postea fuit. quo nouis-
simus referente que se
sepe testabatur uidisse cum in heremo
uel ieiunio uel orationi uacans de-
ambularet. sepe solitus erat
feras bestias ac aues accersire.
que ad imperium eius statim ueni-
ebant. quas manu blandiens
attrectabat. Ita fere aues-que
gaudentes ac ludentes. leticia
uberi ueluti catuli solent dominis
exultare exultabant. Quinque ferru-
sculam quam uulgo betronem
sciripolum uocant. sepe de arborum
culminibus accersitum manuque
preceptum. sinuque collo impositum
sinumque ingredientem ac exeuntem.
sepe uidisse supradictus uir testabatur.
Creuerat iam passim fama
sancti uiri in uniuersas gallie

ardvis